

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

De Zona Sanctissimæ Dei Matris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

38. meminit, quem Saracenorum ait factum Epi-  
scopum, qui multos ad Christum à Saracenis tra-  
duxit. Sed hic non ad hunc locum. Alter ille pri-  
or Aethiops hic laudatur, quem Nicephorus lib.  
II. c. 36. & auctor in Vitis Patrum celebrant. Me-  
nologium eodem die cum Fastis Romanis hunc  
coli in Christiano orbe docet. Palladius geminos  
quoque prædicat Moyses, Libycum alterum, c. 88.  
& hunc olim latrocinia exercentem c. 22. qui &  
Abbas & presbyter fuit. Latrones porro præter  
illum qui Christo ad dextram pependit non pau-  
cos venisse ad summam vitæ sanctimoniam acta  
patrum in Mutio & Pafnutio, Dauide latronum  
principe & Cyriaco ostendunt. In Actis S. Ioan-  
nis Euangelistæ leges iuuenem Episcopo commis-  
sum in latronem euasisse, & à S. Ioanne reuocatu:  
Apud Clymacum gradu 4. pœnitens latro miris  
modis commendatur. Lege & Io. Moschum c. 14;  
165. 166 Menæa celebrant septem latrones Mar-  
tyres 29. Aprilis: Et Cæsarius lib. 7. c. 59. alium  
S. Franciscus tres ad pœnitentiam adduxit. Mitto  
qui in speculo exempl. dist. 7. c. 23. narrantur.

## DE ZONA SANCTIS- SIMÆ DEI MATRIS.

**A**rcadius Theodosij Magni filius vene-  
randam sanctissimæ Dei matris Zonā  
Hierosolymis, quæ ad eum usque diem ibi  
cum preciosa ueste à fœmina quadam vic-  
gine seruata erat, Constantinopolim dela-  
tam in splendido scrinio, quod sanctam ap-  
pella.

pellavit arculam reposuit. Annis dein de-  
nis supra quadringentos elapsis, Leo Im-  
perator sanctam hanc hierothecā propter  
coniugem suam Zoen, quæ diuinitus didi-  
cerat futurum, ut si sacra Zona sibi appli-  
caretur, sanitatem recuperaret, ab impuro  
dæmone vehementer agitatam aperuit.  
Repertum ergo sacrum cingulum, perin-  
de ac si modò confectum esset, adeo radia-  
bat, signatum aurea bulla, adiuncto codi-  
cillo, qui singulatim annum, indictionem  
& diem exprimebat, quo sanctum hoc cin-  
gulum Constantinopolim esset deportatū,  
manibusque ipsius Imperatoris in Lipsa-  
notheca ob signatum, quod Leo Impera-  
tor ex osculatus, per Patriarchæ tum præsi-  
dentis manus super imperatricem exten-  
dit, sanitatemque restituit. Omnes ergo  
Christo salutis auctori gloriam gratulati,  
immaculatae eius matris debitas gratiarum  
laudes cecinere, Zonamque in eandem, in  
qua prius seruabatur, arculam reposuere.

## ANNOTATIONES.

**N**ieephorus lib. 14. c. 23. de hac Zona in hæc  
verba scribit: *Postea Iudaorum Synagoga in  
chalcopratijs seu fabrorum foro, in templi formam re-  
ducta pulchritudine simul & amplitudine exornata,  
insignem*

insignem Dei genitrici adem sacram construxit, & hi minoribus alijs adiectis edificijs, Venerandam & sacram Dei matris in ipso sanctioris mensa tumulo Zonam reposuit, & ex eo tempore Dei genitricis ades sacri tumuli nomen est consecuta. Hæc Nicephorus, Ante vero Nicophorum scripsit Euthymius Monachus encomium eiusdem Zonæ Virginis, in quo præter alia hæc tradit. Hodie proponamus, honoretur & adoretur Zona, qua diuina virtute cœlos superat, & resplendet plusquam radij solares, maneaq; intacta plurimorum annorum curriculis nongentorum inquam & amplius. Et infra: Nam & scriptum innenimus in admiranda & semper splendente arca, in qua est preciosa hac Zona recondita, à tempore Arcadij in fide recte sentiens, quique fuit filius & magni illius & virtutibus illustris Theodosij, hic fuit reposita, tricesimo primo ultimi huius mensis, saluaq; illæsa, & impolluta, ut videtis permane<sup>s</sup>que in hodiernum diem, nullo modo fedata, auseffuscata, aut eius colore & modo mutato: sed resplendens supra niuem, &c. Hodie quoque S. Germani Patriarchæ Const. panegyris de eadem Zona apud Surium 31. Aug. legitur. Et verò S. M. Otho Cardinalis Truksessius, Pontifex Augustanus, hædemiæ Dilinganæ conditor, hierothecam nobilè Græcis literis inscriptam, Roma Augustam detulit, & in æde summa Virginis collocauit, in qua præter aliorum sanctorum pignora, ipse legi de hac Zona partem custodiri: ex r̄ns ζώνης τῆς θεοτόκου, sicut & ex τῶν τιμιῶν σωματιδίων ex sacris fascijs Christi. Etenim & Germani & Euthymij encomia fascias & Zonam simul laudant. Præter illam tamen & aliam partem multo maiorem in eod templo sum veneratus.

CHRI-